



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Vers. 38.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

tor est eius, quod nobis est iniustitia, illi vero nullatenus est.]

in nobis  
iniustitia  
est.

Hæc omnia pugnant cum natura Patrisfamilias, multoque magis cum natura Dei. Non enim Deus potest seminare, aut decernere, ut seminetur semen malum. Finis enim malus est: quem bonus propositum habere non potest. Nec dici potest, ideo seminare, ut exurat, creasse ut perdat, ad suæ iustitiæ demonstrationem; Nam iustitiæ contrarium est, quam maxime, ideo facere malum inuitabili voluntate, irresistibili potentia, ut sit quem perdas. Non enim simplex malum est, non modo bonum perdere, sed ideo facere malum ut perdas.

## VERSUS 38.

*Ager autem est mundus. Bonum vero semen, hi sunt filij regni. Zizania autem, filij sunt nequam.*

## QVÆSTIO I.

*Quis ager?*

Ecclesia est  
vniuersa-  
lis.

§. 1. Non sola Iudæa semen acceptura erat, sed totus mundus: ne Apostoli putarent, vno angulo labores suos includendos esse, sed campum industriæ suæ esse totum mundum. Gentibus enim gratia Dei communicata est. Vera igitur non erat Ecclesia solius Africæ paucis terminata partibus, cum totum mundum Christus in fundo suo computet. Nunc etiam idem maiore euidencia veritatis, ideo minore excusatione errorum contra Sectarios contorquemus. Vno in angulo, vno in oppido, se continet aliqua portio Lutherianorum, aliqua sectiuncula Calvinianorum, & totum agrum Dominicum condemnant. Qui igitur à Christianismo per totum mundum spatio dissentiant, Christi promissiones elidunt, audiant Augustinum Serm. de verb. Dom. *Christus semen suum per totum mundum spargit, ergo in toto, non in sola Africa Ecclesiam colligit.* Cum vero Aretius agrum dicat Ecclesiam, necesse est, ut toto mundo diffusam concedat, qui vero per Synecdochen totum pro parte ponit, non intelligunt; Deum promississe fore, ut cultura & sementis toto mudo spargatur. Apud Irenæum ager vocatur *saeculum*, hoc est, homines qui in hoc sæculo versantur. l. 4. cap. 78. Vide Epistol. Cypriani contra Nouatianos, & Augustini contra Donatistas, qui ex eorum singularitate, & ab vniuerso corpore, facta separatione, eos schismaticos, & hæreticos probant.

Ecclesia to-  
ro orbe  
sparsa.

## QVÆSTIO II.

*An eo modo, quo ager dicitur esse mundus, inimicus, diabolus, ita etiam de Eucharistia sit intelligendum. Hoc est corpus meum?*

Ex para-  
bola ha-  
bita-  
tum ad sa-  
cramen-  
ta trans-  
ferunt.

§. 1. Ita Beza, Piscator, alii contendunt. [Est parabolica haec sententia, in hac videlicet patetici tropus.] Sic etiam quum Symbola tum baptismi, tum Cænæ Domini, signa sint earum rerum, quibus significantis adhibentur, simili meronymia dicitur esse, quod significant, quod qui negant, meram perniciam ostendunt. Sed hoc in sacramentali meronymia non est omittendum, non esse nudam sacramentalem significationem, sicut in istis & similibus parabolis: sed quod verbo promittitur, &

symbolis significatur, vere quoque à Deo præberi si de sumendum.]

Respondeo argumenti vim nullam esse. Quam enim alio quo in loco est pro significat poneretur, non tamen ad alia loca transferri illud potest, nam à singulari ad singulare ratiocinari puerile est. Pari enim modo concludam Corpus Christi non esse verum corpus. Nam 1. Corinth. cap. 12. v. 27. dicitur: *Estis corpus Christi*, certe non verum, propriumque corpus; ergo pariter cum dicitur: *Hoc significat meum corpus*, non est corpus proprie, sed tropice intelligendum. Cur enim sequitur: *Ideo est in Eucharisticis verbis tropice intelligendum*, quia hic tropice accipitur? Non corpus eodem modo, quia alibi sic accipitur.

Respondeo 2. Magnum documentum esse, quo ostendatur diuersa ratio. Hoc loco Christus parabolam ex professo exponit; ideo constat, parabolam esse locutionem. At in definitionibus & præsertim Testamento, proprietate sermonis certas facere oportuit, quid daret abiturus, nec enim figuras, sed res ipsas dedit. Iam olim figurarum emblemata transierunt, veritatis solidum corpus nobis contraditum est. Quod si tam breui sermone discellus locus est tropice Dominus, quid habent, quod obiciant vetustis hereticis, & Machomedistis Christi mortem negantibus? Crucem enim & omnia Passionis mysteria poterant tropice interpretari, & tunc Calviniani verbum *Est*, at sane olim fecerunt, qui Christum crucifixum negabant, Simonem Cyrenæum eius loco substitutum esse blasphemabant. Si monem autem fuisse typum Christi crucifixi. Itaque Christum non nisi Metaphoricè fuisse crucifixum. Imo quid respondebunt Valentinus, qui Christi non nisi Metaphoricum corpus concedit? Epiph. hæres. 31. Augustin. 11. Itaque illa consensanea sunt præsentium tropis. Vide Staphil. l. 1. de concordia discip. Lutheri de Suenckfeldio. Colh. l. 1. de erroribus Monasteriensium. Anabaptist. à qua hæresi nec Andreas Musculus immunis; non enim tropi fingendi sunt, ubi est aperta dogmatis definitio. Si igitur pro arbitrio tropum statuitis in Christi verbis. Si Lango creditis, & eius magistro, à quo erant didicistis, potius quam omni retro antiquitati. Si Valentinus Crotoaldus tantum valet, ut ex eo Iulianum (in 2. Apol.) Græcas literas docere Langus coheretur, cur non eadem audacia corpus ipsum conuellunt? Nec est, quod Caluini censuram metuant; ille de resurrectione cum dubitet, de morte etiam, de adeoque corporum veritate dubitare discipulis permittet. Resurrectionem ipsi visam incredibilem constat ex Epistola Farelli, quæ in Epistolis Caluini 77. Quod res tibi incredibilis videtur, ait, huius carnis resurrectionem, nihil mirum. Quod autem hac ratione permotus sufficere statuis, si credas nouis corporibus aliquando nos esse induturos, hoc à Scriptura doctrina alienum est.

Vnde illa hæresis, nisi quia resurrectionem Metaphoricam arbitrabatur, & animam potius in aliam carnem esse migrationem, adeoque per resurrectionem & cur eum articulum tropis inuenit? Si Piscatorem audimus, quia cum dicitur: *Ager est mundus*, tropus est, ergo & cum dicitur: *Hoc est corpus meum*, tropus. Curigitur non eodem modo, si non libet resurrectionem credere, obicienti scripturam; *Christus resurrexit. & nos resurgemus*, respondebo tropus est. Verum hæc omnia sunt à somnio Zvinglii decantatissimo. de quo vide Schlusfeld. l. 1. de doctrina Calviniana. pag. 76. ante vero Smidelinus ostendit contra Grynæum. Wittenb. in confutatione orthodoxi consensus. Et clarissime demonstrat Grotius noster in disputatione de somno Zvinglii.

Cui somnio opposuit se anno 1525. Secretarius senatus in hunc modum. [ Equidem Patres conscripti, non eorum o. dine, aut loco, ut mihi coram vobis verba facere liceat, dummodo causa ageretur quantumvis magna, quæ ad Rempublicam attineret: Cum autem hic animarum salutis cardo versetur, ipsaque fides petichetur, cuiusque esse sentio, ut in medium adducar, quæ sentiat. Ego igitur firmiter credens in isto pane verum corpus ac sanguinem edere: testor me in hac esse opinione, neque me patiar ab ea diuelli, speroque de vobis, quod nullo pacto sitis me ad opinionem Zvinglii adacturi. Cum ergo duodecimo Aprilis die ad Senatum rediremus, atque ut Missa in vniuersum aboleretur, ageremus, prodit denuo scriba iste, atque eandem cantilenam canit: additque, me quidem sic docuisse, ut ista vox, E. S. T., in præsentibus Christi verbis, pro, SIGNIFICAT, posita sit: ac ægre Scripturæ testimoniis probauisse ad hunc modum accipi debere. Nam isti sermones: Semen est verbum Dei. Luc. 8. Ager est mundus: Inimicus homo est diabolus. Matth. 13. ad hoc propositum nihil faciunt. Christus enim hic parabolice locutus est, non etiam istic, cum dicit: Hoc est corpus meum. ] Optime ille: multo doctior Langop de quo Claudius Sainctes in reperi. veritatis de Eucharistia in Catal. 84. interpret. Varie deinde alii explicauerunt, ut Ioannes à Lasco, Bucerus, de quibus Prætorius, Sanderus. Bellarminus lib. 1. cap. 8. de Eucharistia. Maldonatus in cap. 25. Matthæi. *omnino, iudegen munitur*

Ab hac igitur argumentatione Zvinglius delectus, alia præidia quaerit. Vt mirum sit, discipulos eo huius argumento, quod magister adduxerat, indicauit, quod vniuersa Secta non minus opprobrium inculcit, quam Lutherani ab ore magister, Lutheri victor. Detropis in vniuersis vide eruditissimas Maximiliani Sandæi nostri commentationes in 10. 17. Cuius in notis hæc verba notabis. Horum exemplorum nullum esse plane simile recte docent Catholici Doctores, quos nominamus: nam in eis semper prædicatur disparatum de disparato, ut boles sunt anni, semen est tritum: itaque necesse est refugere ad tropos: Pronomen autem: Hoc, nihil refert disparatum à Christi corpore. Danda multa falsa admiscetur: quædam enim non sunt Sacra Scriptura: quædam reperiuntur, sed male explicantur. Tandem fit in quibusdam est tropus, aut obsecutio, explicatur paulo post verbis clarioribus, quod egregie debet Bellarminus lib. 1. de Sacra Eucharistia. Cap. XI.

## QVÆSTIO III.

Quod est semen bonum, quæ zizania?

Semen bonum sunt filij regni. Zizania vero sunt filij nequam. Non igitur aut filij regni, aut filij nequam, in vna parte, sed vbiq; simul sparsi, sedque vbiq; simul crescunt. Nec sunt verba Christi ad doctrinam applicanda. Ut semen bonum sit vera, ac salutaria doctrina, malum vero vana, falsa, hæretica. Hoc enim repugnat non modo Christi expositioni: Sed etiam diuinis legibus. Non enim permittenda sunt hæresibus incrementa, sed impia doctrina, & blasphemis in primo ortu contradicendum est. Quamuis enim homini parcendum sit, errores tamen euellendi sunt, illisque oblatendum. Christus Phariseorum errores crebro ac palam refutauit. Phariseis ipsis vim nullam intulit.

2. Zizania siue *ziz* *olivei*, à nocendo siue aliunde dicantur, sunt filij nequam, *ziz* *olivei* nequam, fortentis, damnaati demonis videlicet.

Adamus Conzen in Euang. Tom. I.

Nam zizania *olivei*, *olivei*, sol'um complexu suo triticum enecat, frugum pestis est, teste Plinio. Vertiginem inducit. Vide Plinium. Theophrastum. Knellium de natura stirpium l. 2. cap. 30. Cum vero nonnulli vocant zizania malam doctrinam, aut mores malos: Ita intelligendi sunt, ut semen corruptum per hæc dicere censcantur: atque ita mala doctrina, moribusque imbutos in medio agro Domini triticum opprimere. Nec enim doctrina, & mores mali, sine improbis sentitur, nec sine his improbi sunt.

## VERSUS 39.

Inimicus autem qui seminavit ea, est diabolus. Messis vero, consummatio seculi est. Messores autem Angeli sunt.

## QVÆSTIO I.

Quis inimicus?

§. 1. Diabolum Dominus esse dicit. Malos ergo filios ille seminat, Deus bonos fecerat. Nam qua mali sunt, à demone sunt. Quid igitur Manichæi noui, causas peccatorum Deo ascribunt? Inimicus seminavit ea, non patet familias. Alia oratio est Angelorum, alia Calvinianorum. Angeli quarunt, unde sint Zizania: ea euellere cupiunt. At Calviniani seminata, iussa, coacta aiunt. Minus illi errant, qui duos Deos, bonum & malum, quam qui vnum malum tantum finxerunt. Contra veteres depugnant antiqui patres, cum peioribus nobis est ceramen.

Irenæus l. 4. cap. 78. Vnum Deum ostendit contra dicentes: Alium esse, qui donat requiem, patrem, alium qui ignem preparauit Deum. at hoc loco vnus idemque est, qui in horreum colligit, & qui in caminum deiecit. Verba Irenæi sunt. Qui ergo regnum, inquit, preparauit iustus pater, in quod assumpsit Filius eius dignos, hic & caminum ignis preparauit, in quem dignos mittent, qui à Filio hominis missi sunt Angeli, secundum iussu Dei. Hic enim in agro suo bonum semen seminavit. Ager Idem Deus autem, (inquit,) seculum est. Cum autem dormirent homines, venit inimicus, & superseminavit zizania inter frum ignem pramentum, & abiit. Ex tunc enim Apostata est Angelus hic parauit. & inimicus, ex quo zelauit plasma Dei, & inimicum illum Deo facere aggressus est. Quapropter & Deus cum quidem, qui à semetipso zizania absconse seminavit, id est, transgressionem, quam ipse intulit, separauit à sua conuersatione. Eum autem qui negligenter quidem, sed male accepit inobedientiam, hominem miseratus est, & reposuit in inimiciam, per quam inimicum Deo facere voluit, in ipsum inimicitiarum auctorem auferens quidem suam, quæ erat aduersus hominem inimicitiam, retorquens autem illam, & mutans illam in serpentem.

## QVÆSTIO II.

Quomodo dormientibus hominibus se-

minavit zizania?

§. 1. Calvinus hoc loco. Quibus curiositas tantopere curridet, si rogentur, quomodo Christo sopito, & ne Nemo disciente diabolus zizania bono semini inspergat, quod respon- deant, non habebunt. Profecto quod respondeat dormiente rhodocus non habebit: Calviniano non deerit præ- insperga propera, sed impia responsio. Orthodoxus nemo zizania.

Aa 2

Christi

1. 118. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.